



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecyus, Johannes**

**Monachii, 1615**

X. Vt Deo quis reconcilietur, gratiamque & salutem reipsa consequatur, de suo aliquid conferre debet.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](#)

## CAPUT X.

Et Deo quis reconcilietur, gratiamque  
& salutem re ipsa consequatur,  
de suo aliquid conferre  
debet.

**N**on desunt qui ex dictis ca-  
piae superiore rabidum hau-  
riat toxicum, unde pharmacum  
salutare sumendum fuerat; illi  
nimurum, qui sibi persuadet, se,  
sive bene sive male arbitratu se  
viuant, gratiam nihilominus &  
salutem in cœlis se cōsecuturos.  
Verum vanam hanc stultamque  
confidentiam, effrenemq; præ-  
sumptionē Apostolus his verbis 2. Cor. 5. 18.  
coarguit: *Quoniam quidē Deus erat  
in Christo mundum reconcilians sibi,  
non reputans illis delicta ipsorum & po-  
suit in nobis verbum reconciliationis:  
pro Christo ergo legatione fungimur,  
tanquam Deo exhortante per nos;  
obsecramus pro Christo reconciliamini*

V 4      Dee,

CA-

440 Degrauitate pecc.mort.

Deo. Prioribus verbis indicatu  
meritis Christi Patrem & ternum  
velle homini reconciliari, para  
tumq; hominem in gratiam re  
cipere, eq; ius & aditum ad bea  
titudinē concedere; posteriorib.  
verò significatur hominē debere  
Deo reconciliari, hoc est facere  
quædam, quibus illi reconcilie  
tur, sicq; cooperatione sua gra  
tiā tandem & beatitudinē ob  
tineat; Vnde & capite septimo  
nos etiam monet, ut emundemus  
nos ab omni inquinamento carnis &  
spiritus, perficientes sanctificationem  
intimore Dei; quasi apertè signi  
ficeret nostrum etiam conatum  
& operam, adiuuante ipso Deo,  
necessariam esse, & valere quo  
que ut omni ex parte sanctifice  
mur, adeoque cum Deo recon  
ciliemur, gratiāq; & salutem ob  
tineamus. Idem habet D.Ioan  
nes cùm inquit: *Qui dilexit nos, o*

*latus*

Cap. 7.

Spec. I. 5.

¶ 14.

luit nos à peccatis nostris in sanguine  
suo. Et hi sunt, qui venerunt ex ma-  
gna tribulatione, & lauerunt stolas  
suas, & dealbauerūt eas in sanguine  
agni, ideo sunt ante thronum agni Dei.  
Virtute igitur passionis ac mor-  
tis suæ, & quidē secundūm om-  
nem rigorem iustitiae, obligauit  
Christus Patrē suum æternum,  
ut quātum in ipso est, sponsione  
facta, velit homini reconciliari,  
illiq; conferre gratiam & salutē  
in cœlis, atq; id etiam facturum,  
modò homo vtatur medijs, quæ  
propter ipsius utilitatem maio-  
rem, quasi ex cōuentione Chri-  
stum inter & Patrem æternum  
inita, ad eum effectum valent.  
Hinc cōmunis illa obiectio sol-  
uitur : Multi salutem non adi-  
piscuntur, non fuit igitur suffi-  
ciens passio Christi ; vel certè  
Pater æternus non dedit suffici-  
entia auxilia ; respondeatur enim,

V 5 sibi

fibi illos defuisse, quia coope-  
rati scilicet non fuerunt gratia  
diuinæ, cumque Deo non con-  
current. Audiatur S. Chryso-  
mus. *Pro omnibus Christus mortuus*  
*est, hoc est, quantum in ipso est, sus-*  
*fecit mors illius ad medendum omni-*  
*um mortalium perditioni; non autem*  
*omnium peccata afflictuit, propter*  
*quia noluerunt, adhibere scilicet et*  
*quæ ex parte illorum necessario requi-*  
*reabantur. Necessarium igitur est*  
*omnino ut homo sibi applicet*  
*merita Christi, deinceps suo etiam*  
*ad reconciliationem conferat,*  
*tanquam causa efficiens, minus*  
*tamen principalis, secunda, & à*  
*Deo, prima & principali causa*  
*dependens, co-operatione nem-*  
*pe suam, ut gratiam & salutem*  
*sempiternam consequatur, ali-*  
*as terminos longius, quam par-*  
*est proferens, damnio suo æter-*  
*no miserè ruet. Et quando co-*

ope

*Hom. 17.*  
*in ep ad*  
*Hebr.*

operatio nostra dura & difficilis  
est, liquet peccati mortalis re-  
medium difficile esse, ipsumque  
peccatum mortale graue & ma-  
gnum. Sequitur iam ut in spe-  
cie ostendamus, quomodo Deo  
homo cooperari debeat, siue in-  
fans ille sit, perpetuoque rati-  
onis usu careat, siue adultus ra-  
tionisque usum habeat.

## CAPUT XI.

*Quomodo infantes, & qui perpetuo  
rationis usu carent, gratiam  
& salutem consequi  
possint?*

**D**vo illis media suppetunt,  
Baptismus, & Martyrium  
pro Christo suscepimus; ijs enim  
peccati originarij macula abiu-  
tur, qua in lucē fœdati veniant,  
Christianique adeo, & Dei filij,  
achæredes regni cœlorum scri-  
buntur.